Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

LIPSIS

in mari. et tertia pars navium in
terit. Et tertius angelus tuba ce
cinit. et cecidit de celo stella mag
ardens tamquam facula. et cecidit
in tertiam partem fluminum. et in
fontes aquarum. et nomen stelle
dicitur absinthium. et multi hom
nes mortui sunt de aquis quia am
are facte sunt. Et quartus ange
lus tuba cecinit et percussa est tertia
pars solis. et tertia pars lune. et tertia
pars stellarum ita ut obscuraretur
tertia pars eorum. et pars tertia diei
non luceret. et nocte similiter. et vidi
et audivi vocem unius aquile vo
lantis per medium celi. Dicentis vo
ce magna. Ve ve ve habitantibus in
terra. De ceteris vocibus tuum ange
lorum qui erant tuba canturi.

IX

Et quintus angelus tuba cecinit. Et
vidi stellam de celo cecidis
se in terram. et data est ei clavis
putei abyssi. et aperuit puteum
abyssi. Et ascendit fumus putei
sicut fumus fornacis magne et ob
scuratus est sol et aer de fumo pu
tei. Et de fumo putei exierunt lo
custe in terram. et data est eis po
testas sicut habent potestatem scorpi
ones terre. et preceptum est eis
ne lederent fenum terre. ne omne
viride. neque omnem arborem. nisi
tantum homines qui non habent signum
dei in frontibus suis. et datum est
illis ne occiderent eos. sed ut cru
ciarent mensibus quinque. et crucia
atus eorum ut cruciatus scorpi
onis cum percutit hominem. et in
diebus illis querent homines in
mortem et non invenient illam. et
cupient mori. et fugiet mors ab ip
sis. Et similitudines locustarum
similes equis paratis in prelium
et super capita earum tamquam corone
similes auro. et facies earum sicut
facies hominum. Et habebant sicut
capillos capillos mulierum. et den
tes earum sicut dentes leonum erant
Et habebant loricas sicut loricas fer
reas. et vox alarum illarum sicut vox
curruum equorum multorum cur
rentium in bellum. Et habebant cau
das similes scorpionum. et aculei erat
in caudis earum. et potestas erat
nocere hominibus mensibus quin
que. Et habebant super se regem angelum
abyssi. cui nomen hebraice abad
don. Greece autem apollion. et latine
habet nomen exterminans. Ve
unum abiit. et ecce veniunt adhuc
duo ve post hec. Et sextus tuba
cecinit. et audivi vocem unam
de quatuor cornibus altaris aurei
quod est ante oculos dei. dicen
tem sexto angelo qui habebat tu
bam. Solve quatuor angelos
qui alligati sunt in flumine mag
no Eufrate. Et soluti sunt quatuor
angeli qui parati erant in horam
et diem et mensem. et annum ut
occiderent tertiam partem hominum
et numerus equestris exercitus
viginti milies decies milia audivi